satis ad piam concordiam constituendam temperatos. Homo statim vultu ad gravitatem composito cœpit invehi in Bucerum immodeste satis. Ego contra suadebam ut ab ejusmodi maledictis in virum egregie pium et de ecclesia Christi optime meritum sibi temperaret; sed videbar oleum flammæ adjicere. Hac occasione inceptum est disputare de illis articulis, ubi nihil, quod a me diceretur, non erat ipsi aut erroneum aut ambiguum. Sed quia de successu nostræ disputationis fusius in hoc scripto quod ad te mitto, hic supersedeo. Depositis igitur pessimis illis præjudiciis, melius de me sentit, modestius agit, dimittit denique amicissime. Venio Argentinam; in primo conventu eorum qui me accersiverant, opponunt quidam Oleviani virulentissimas quasdam literas, quibus unis acceptissimus fuissem Germanis, modo is ego essem quem ipse me facere in eisdem literis est conatus. Incipiunt me, qui literas opposuerant, interrogare de illis articulis in literis annotatis; sed quum video, mea omnia juxta Oleviani delationes in sinistram partem interpretari, a disputatione subsisto, polliceorque in crastinum meam de illis articulis sententiam scripto daturum, ne fraudi ulla ex parte esset locus. Nonnulli in eo cœtu erant adeo videlicet pacis amantes ac restitutionis illius ecclesiae studiosi, ut oppositioni quidem per delationes Oleviani interesse voluerint, responsioni meæ nunquam. Respondeo itaque scripto, satisfacit fratribus mea responsio, hortantur ut in negotio restituendæ ecclesiae incumbam. Recuso ac renitor, præsentis experientia edoctus periculosum esse, ac tranquillitati ecclesiae non satis consultum, ante integram purgationem rerum Londinensium inter fratres tam parum quietos provinciam vel aggredi vel administrare. Gravissimis tamen conjecturis adducor ut credam occasionem fuisse repræsentatam, multa cum lætitia piorum et invidia Satanæ, locum illum recuperandi. Ego certe sic eram instructus, ut si cum ministris Germanis (qui tamen meo judicio una modestia et benevolentia vinci atque vinciri possent) negotii aliquid fuisset, per Dei gratiam ipsos eo fuissem adactus ut aut Bucerii articulis palam atque impudenter essent renuntiaturi aut nos admissuri. Literas quibus Olevianus temere hoc bonum interceptit, ad te mitto, cum mea tumultuaria quidem sed sincera responsione; ex quibus disces et illius (ne quid gravius dicam) intempestivum zelum, et consilium meum omne. Doleo vehementer (neque enim hic mihi ab ingemiscendo ecclesiae calamitatem temperare possum) homines ejusmodi ingenio præditos ecclesiae gubernaculis præesse, in diebus præsertim tam calamitosis et rebus ecclesiae exulceratis. Quod attinet ad eos articulos in quibus iste dicit me pessime errare, nullo interea hactenus expresso errore, palam est ipsum nullam aliam corporis Christi præsentiam in Cœna esse assequutum quam qua corpus corpori sit prope aut quæ et sensibus et ratione humana comprehendi queat, quam et merito cum ipso negamus; eam vero quam ipse Christus vel in extremo cæli angulo corporaliter positus per divinitatis suæ vim ecclesiae suæ præstat, et ecclesia per fidem accipit, nondum meo judicio est assequutus. Ascensionem Christi ad cælos, præter eam qua a discipulis corporeis oculis ascendisse est visus, aliam accipit nullam, eis qui corporalem corporis Christi manducationem ex nuda verborum Cœnæ significatione astruunt, hac in parte haud absimilis;*) voci cælum ab ea, qua materiales istos cælos comprehendimus, nullam aliam significationem in sacris literis subesse putat. Sed ad rem. Argentinæ Salennius quidam in principio Oleviani partes strenue defendit, sed, ut credo, bono animo, nam visus est mihi sincerus, cæterum de re melius edoctus reconciliavit se mihi per D. Sturmium, qui de eo ad me in hæc verba literas misit: Salennius apud me fuit. Candide aperui ei tuam

*) assimilis.

sententiam de Cœna Domini et de ascensione Christi, promittit operam in te defendendo et tua innocentia, et ut perveniamus quo volumus, ut ecclesiam Gallicanam restitutam videamus. Ignosce illi, nam quod fecit, zelo bono fecit etc. Hæc D. Sturmus. Nescio tamen quo consilio postea Salennius, quum existimaret me jam profectum Argentina, meam illam responsionem habere voluit ut eam ostenderet ministris Germanis. Ego vero providens, ne quis absente me causam meam cum ipsis in ecclesiæ damnum minus prudenter ageret, scriptum meum, quod cuidam asservandum tradideram, recepi, et tutiore loco deposui. Facile enim esset ex uno aut altero verbo, Germanorum animis jam satis exacerbatis, duriore ita ipsos offendi, ut omnem in posterum spem recuperandi loci nobis abscinderent, me præsertim absente, qui illud aut modeste defendere aut prudenter emollire non possem.

Quum primum Oleviani literæ mihi fuerunt perlectæ, petivi a fratribus ut ab ipso per literas efflagitarent ut declararet quinam essent illi errores circa articulos illos in quibus me esse ajebat, quando in literis expresserat nullum; et si quid præterea speciatim de me haberet, ut in literis pollicebatur multa; me enim in ea sententia esse, Argentina videlicet non excedendi nisi de his quæ objecisset sufficienter purgatum. Expectavi postea Argentina 13 diebus quæ esset missurus, sed frustra. At quia hominem maligno nequaquam animo præditum novi (credo enim peccasse eum potius levitate quam malignitate animi; hoc est a pessima quapiam post meum discessum exagitatum furia, quæ malum aliquem de me rumorem, cui ipse fidem adhibuerit ea levitate qua biduo ante bis fecerat, ipsi attulerit), Francofurtum reversus, hominem per literas admonui officii sui, idque ea lenitate ac modestia qua non hostem sed parentem commonefecissem. Sed quid sperem adhuc ignoro. Pudebit fortassis hominem in honoris gradu haud infimo constitutum rumores temere sparsos revocare. Sanio rem mentem Deus illi concedat.

Nunc itaque, mi domine ac observande frater in Christo, has literas cum ipsius epistola delatoria et mea ad ipsam responsione ad te mitto. Primum ut, quando Olevianus petit ut sua epistola tibi communicetur, de tota causa, quoad fieri potest, certior fias. Deinde ut, si quid in mea hac responsione impium et a Christiana pietate minime tolerandum deprehenderit, admoneas; invenies me re ipsa præstare haud gravatim quod in eadem responsione polliceor. Quod si temerarium et præceps consilium, infectum*) etiam insigni perfidia, ut illud singulæ literarum Oleviani voces spirant, in ipsis subolfeceris, hominem quoque officii admoneas ut in posterum caveat ne tam temere tanto cum malo ecclesiæ in fratres æque atque in perniciosissimos hostes irruat. Tertio ut, quod ad negotium recuperandæ illius ecclesiæ attinet, si post discussas nebulas rerum Londinensium, neque enim aliter patiar me publicis ecclesiæ negotiis rursus implicari, Dominus ad id mea opera uti constituerit, tuo me consilio juves. Et ut melius discas qua parte indigeam consilio, aperiā hic sententiam meam. Si, ut verisimile est, magistratus Argentinensis me cum suis ministris commiserit in doctrinæ negotio, præsertim quod ad Cœnam Domini spectat, petam ut mihi constent articuli Bucerii cum ipsius explicatione, tum ea quæ cum eisdem articulis extat typis excusa, tum ea quæ ex articulis ad ministros Francofortenses peti potest. Hæc si concesserint, tuto et tranquille retinebimus nostram sententiam, ut ex ipsis Bucerii verbis plane et sincere possum ostendere, tam quoad ipsam sacramenti substantiam, quam quoad id quod infideles aut indigni sumant in ipso. Diserte enim docet in illis articulis Bucerius, infidelibus non exhiberi corpus Christi in sacra Cœna; isti vero alias docent peccantes mortaliter carere fide,

*) infectum is my conjecture. The copy sent me has in facti.

unde coguntur ex ipsorum pronuntiatis indignorum nomine eos accipere quos nos accipimus. Quod ad cæremonias attinet in Cœnæ administratione, a genuflexione in sumptione panis sumus liberi, utpote qua et ipsi Argentinæ non utuntur. Fractionem omitti in ecclesia nostra omnino non patiar, nisi fortassis melius edoctus, quam ex sacris literis disco esse cæremonia illius tanti momenti circumstantiam, quæ et universæ actioni Cœnæ in principio nomen indiderit, et Paulo fracti corporis Christi in cruce allegoriæ sit sedes: Hoc est corpus meum, inquit, quod pro vobis frangitur. Cætera omnia quoad cæremonias baptismi etc., non usque adeo displicent, ut malim amitti locum quam eis attemperari. Hæc in summa. Cæterum ut quod sentio ingenue fatear, arbitror ecclesiam illam cum integra sua pristina libertate una hactenus modestia potuisse conservari, neque Germanos ista difficultate tam vindicare doctrinam Cœnæ, quam ulcisci contemptum sui.

Responsum ad Brentium nunc cæpi legere; placent hactenus omnia, sed modestiam vehementer probo, quam qui in hujusmodi controversiis neglexerit, defendet quidem causam, confractum vero sanabit nunquam. Quod ad universum argumentum attinet, est quod te, mi domine, commonefaciam, suis ipsorum scriptis, quæ adversus Sfenchfeldium de glorificatione carnis Christi olim ediderunt, perspicue et citra ullum laborem debellari adversus eos posse. Extat ipsorum libellus: Quod Christus, quatenus homo est, etiam ad dexteram Patris sedens, sit pura creatura; an facile reperiri possit nescio. Quodsi hæc jam a te sunt animadversa, studium meum boni consule.

Vale in Christo, per cujus viscera a te peto ut ab ea Christiana charitate, qua me complecti in Christo cæpisti, rumoribus ullis nisi me prius et audito et convicto te abduci ne*) patiare, id quod de tua cum pietate tum prudentia facile mihi persuadeo.

Dat. Francoforti 22 Aprilis 1565. Tuus

Cassiodorus.

7.

[Beza Reimio. Geneva 23 Junii 1565].**)

Mi Cassiodore, quomodo Londini vixeris, et nuper Heidelbergiæ te gesseris, judicare nec possum nec volo, quia neque sum ego constitutus istarum rerum iudex, neque, si iudex essem, de incomptis possem quicquam constituere. De iis enim ad me neque Olivianus noster neque quisquam alius præter te unum vel syllabam scripsit. Sed dissimulare nec possum nec debeo quid de confessione fratribus Argentinensibus a te tradita mihi videatur, qua de re etiam ad illos scripsi, ne forte testimonio, quod ab hac ecclesia accepisti, deinceps apud illos vel alios quospiam abutaris. Scio fore ut hoc verbum durum tibi et asperum videatur, sed quando ita opus est, offendere te malo (idque utinam in salutem tuam) quam connivendo veritatem et fratres prodere.

Quod putas hominum asperiorum seu culpa seu imprudentia factum esse, ut istæ controversiæ gliscerent et Gallica ecclesia tandem istis corrueret, in eo plane te hallucinari scio, et tibi prædico fore ut id re ipsa sentias. Illud certe tibi cogitandum est, neque doctrinam neque zelum neque prudentiam neque rerum usum iis defuisse quos ita vides ab istis agitari, ut cum ipsis Turcis et papistis longe

*) ne is not in the ms.

**) Copie d'une lettre de Theodore de Beze envoyée à Cassiodorus le 23 Juin 1565.

mitius agant. Hoc si certo animi iudicio faciunt, tu scilicet ab illis impetrabis ut meliore conscientia utantur; sin vero errore quodam peccant (quod mihi quidem non fit verisimile, cum nihil præter insignem impudentiam ad defendendam suam causam afferant), non video profecto qui possis illos in viam revocare, nisi tu ipse prior erudiri te sinas.

Capite confessionis tuæ secundo, doctrinam Gallicarum ecclesiarum amplecti te profiteris, sed in genere, inquis, sive in toto doctrinæ corpore, et præcipuis ejus capitibus. Quorsum autem hanc exceptionem, quum ingenua et plena confessio a te flagitetur?

In tertio capite, præterquam quod inter rem sacramenti et ipsius usum vel nullum vel perobscurum discrimen constituis, scribis præsentem aliter et substantive aliter corpus donari, quæ verba quamvis commoda interpretatione leniri possint, tamen non video cur usurpare debueris. Præsens quidem esse fidei oculis et in sacramentis et in verbo ipsum Domini corpus atque adeo totum ipsum Dominum profiteamur, sed quod corpus alioqui reipsa non sit alibi quam in cælis, etiamsi vere nobis donetur. Itaque ab illis qualitatis potius quam substantiæ adverbis merito abstinemus, præsertim in confessionum formulis quas planas et perspicuas esse oportet.

Quarto capite recte negas quærendum esse corpus in panis elemento quasi illic sit inclusum et affixum, sed addis adverbium „necessario“, quod sententiam illam obscurat; et quod in extremo adjicis: „qu'il le faut chercher par foi plus haut, c'est à savoir en sa gloire et majesté“, quis non videt ex eorum sententia dici qui realem præsentiam corporis in terris adhuc somniant, ejus gloria prætextu qua nunc est ornatum? Transi ergo aperte in adversariorum castra, aut verba, quæ non bona fide ex formula in nostris ecclesiis usitata descripsisti, pervertere desine.

In quinto capite disseris de eo quod nulli unquam in mentem venit. Quis enim unquam ita insaniit, ut putaret animam locali motu per fidem in cælum subvehi? Itaque cum umbra tua hic litigas. Et quod postea subjicis, detorqueas, quod de verbo prædicato et oris confessione scripsit Moses, ad rem ipsam sacramenti sive ad corporis communicationem, istud videlicet: prope est verbum in ore tuo, nec vere, nec recte id facis, nec quisquam est ex adversariis qui hæc non trahat ad oris manducationem, atque adeo qui non dicat manifestam esse in tuis dictis discrepantiam.

Sexto capite citas dominum Buceri locum adversus eos qui, quoniam corpus Christi est in cælis, idcirco negant ejus nos in terris degentes fieri posse participes, cujusmodi cogitationes perversas vocat, ac merito quidem, sed addere debuisti, ista in nos sive Zwinglianos sive Calvinistas, ut isti appellant, minime competere. Nec enim ad tollendam communicationem aut præsentiam sive fidei sive spiritualem istis argumentis utimur quæ verissima et solidissima sunt, sed ut eorum delirium coarguamus, qui corpus Christi adhuc in vel sub vel cum pane realiter esse contendunt, quod nos nusquam alibi nunc quam in cælis esse affirmamus, quia verum et suis finibus circumscriptum sit corpus quantumvis gloriosum. Ista vero argumenta quomodo ad ubiquestas transferas, quasi et ipsi iis aut similibus utantur, ego quidem non video, quamvis in eo recte sentis, quod Eutychniam illam ubiquestatem repudias.

Sed vide quomodo illius fundamenta non jacias sequentibus duobus capitibus 7º et 8º. Etsi enim recte sentis receptum esse Jesum Christum supra cælos omnes, tamen quum adverbium „corporaliter“ addis, et diserte postea spiritualement nescio

quem corporis ipsius præsentiam modum in terris constituis, quid vis a me constitui nisi te cum nostris adversariis in reali et invisibili præsentia in, sub vel cum pane manifeste sentire, et illud unicum ubiquestatis fundamentum jacere? Sed et in eo quoque cum illis sentis, quod ascensionem in cælos cum possessione ad Dei dexteram confundis, cum tamen articulus ille loci, iste vero status et conditionis mutationem sigillatim et distincte declaret. Locum autem illum Apostoli Eph. 4, si domini Calvini commentarios diligentius inspexeris, non sic interpretaberis, quasi locali conditione exemptum sit sive incircumscriptum factum sit Christi corpus. Intolerabile etiam est quod testimonia omnia quibus absentia corporis Christi ab ecclesia manifesto confirmatur, ad visibilem illam conversationem refert cui suo in cælum ascensu finem imposuerit, quasi nunc invisibili quodam modo corpus illud nobiscum versetur, quod falsissimum commentum satis nosti quam firmis argumentis sit jam pridem a nostris refutatum. Illud ergo potius dicere debuisti: carnem Christi sua virtute, cujus unius respectu spiritualement ejus in terris præsentiam affirmamus, vere ecclesiæ suæ adesse; ejusdem autem carnis substantiam, licet vere et realiter et incomprehensibili modo ejus ipsius fiamus participes, tanto a nobis in terra positus intervallo a terris abesse, quanto quod supra omnes cælos est a terris distat.

Rursus nono capite articulum ascensionis in cælos cum glorificatione carnis Christi, et cælos, in quos ascendit, cum gloria, cujus ibi possessionem adiit, perperam confundis.

Decimo capite vide num*) perperam incitaris domini Buceri auctoritate adversus eos disserentis non qui cælorum nomine ultra mundanam sedem significari recte judicant, sed qui terrenum illic locum et crassas ac informas cogitationes[?] glorificato illi corpori Christi attribuunt, quibus nihilo sane sunt saniores qui propterea illo locale et invisibile Christi corpus faciunt, et huic fundamento suam illam consubstantiationem superstruunt.

) Ut autem semel finiam, pretiosa est apud nos domini Buceri et eorum quos nominas memoria, sicuti esse debet, sed hoc certe nemo non videt, obscurius illum aliquando tum*) de his mysteriis, tum etiam aliis multis de rebus esse locutum, sive quod non omnibus datum sit perspicue animi sui†) sensa explicare, sive quod, dum concordiam totus studet, speravit se ipsa etiam repugnantia aliquo modo posse conciliare, quod studium, etsi per se est laudabile, præsertim in tanti iudicii viro, tamen quam infeliciter aliquoties ab eo sit tentatum, res ipsa demonstrat. Itaque multo rectius feceris††) (quod cum illius pace dictum sit) si ex clarioribus et certioribus aliorum quorundam ac præsertim domini Martyris scriptis sapere in hoc saltem argumento didiceris.

Et de iis quidem hactenus. Nunc superest ut te obtester per Jesu Christi nomen, ut priusquam longius progrediaris, accurate rem totam expendas, teque ab iis regi patiari quibus nunquam te pœnitebit plusculum tribuisse. Quod concordiam et istius ecclesiæ instaurationem tanti facis, in eo te vehementer laudo, sed quia

*) Dufour: Il y a sur ce mot un gribouillage.

**) The following words unto argumento didiceris, are excerpted by a hand of the 16. century among Varia ad hist. reform. III. fol. 212 in the Thomas Archives at Strassburg, with the introductory notice: Theod. Boza ad Cassiodorum Hispanum inter alia 9 cal. Jul. 1565 hæc scribit de Bucero. Prof. Ed. Reuss found this extract and kindly copied it for me. I derived from it some corrections of the copy made for me of the Genevese manuscript.

**) Geneva: aliquantum.

†) sui is added by me from the Strassburg extract.

††) Strassburg: faceres.

penitus mihi sint noti quibuscum tibi negotium erit, primum moneo memineris nullum in iis rebus esse conniventiae locum; deinde te obtestor ne falsa spe te ipsum et gregem lactando tunc demum sapere incipias cum nullus erit error corrigendo locus. In summa si veritatem nobiscum professus fueris, fratres et amicos nos experire pro bonorum modulo quae a Domino accepimus, sin minus, — sed nolo male ominari,*) et Deum potius precor ut tibi nobisque omnibus luce sancti sui spiritus magis ac magis affulgeat, quo directore, et ipse in veritate et justitia ambulare et aliis fidei nostrae creditis iter ad veram salutem commonstrare possimus. Bene vale. Genevæ 9 cal. Julii 1565.

Tuus Th. B.

8.**)

[Reyne:] Declaration de quelques passages en la Confession precedente.
[Francfort 28 Janvier 1566.]

Pour ce qu'il pourra bien advenir que quelqu'un trouve ou difficulté ou bien (à son advis) contradiction en quelques passages de ceste mienne Confession, je ai trouvé bon (afin de me micux donner à entendre et oster toute occasion de l'interpreter hors de mon intention) d'ajouter ici quelque sommaire declaration es lieux où il me semble qu'on pourroit avoir semblable doute.

1. Premierement du chap. 2. Je dis que je reçois et advoue pour fidele et chrestienne doctrine tout le corps de la doctrine que je ai ouie en l'Eglise de Geneve, et aux eglises françoises auxquelles j'ai esté adjoint etc. Ceci on ne le doit prendre ou interpreter de male part, comme si je voudrois excepter quelque chose d'importance receue par le commun consentement de l'Eglise, voyant principalement que je me declaire assez, disant que ce n'est pas n'y a esté mon intention de me separer des dites eglises aux principaux points de la doctrine etc., en quoi il me semble que je ai compris tout ce que modestement et à bon droit on me sauroit demander. Que si quelqu'un pour estre plus certifié et assuré vouldra ici que je especifie quelque chose, je suis prest à le faire estant requis.

2. Au 3 chap. où est traité de la Cene du Seigneur, je ai adjousté ces mots „presentialement et sustantialement“ esquels je n'entend point autre presence du corps de Christ de celle (en quelque lieu qu'il soit) que l'esprit et vertu divine de Christ exhibe, et la foi aperçoive, ce qui est assez clair de tout le contenu au 4 chap. suivant. Desquels mots j'ai usé premierement, pour estre veritables au sens dit et selon la doctrine de la saint'escriture et des eglises auxquelles je ai protesté estre adjoint. Secondement, pour ce que l'occasion, qui estoit de restablir un'Eglise entre les Almans, le requeroit. Tiercement, pour ce que les exemples de ceux qui prudemment les ont usurpés (voire des plus difficiles) en semblables occasions, m'estoient devant les yeux. Que s'il y avoit dangier que quelqu'un en abuseroit des dits mots pour les tirer en mauvais sens, le chapitre suivant y provoyoit assez clairement.

3. Au 4 chap. où est dit qu'il faut chercher le corps de Christ par foi plus haut, à savoir, en sa gloire et majesté, ceci n'est pas perversion des paroles du commun formulaire de la Cene (qui dit: Pour ce faire eslevons nos esprits et nos coeurs en haut, où est Jesus Christ en la gloire de Son Pere etc.), ains ou la sustance des mesmes paroles (à mon advis) ou la legitime declaration d'icelles, et

*) Geneva: cominari.

**) Carrasco: carta autógrafa.

le vrai objet de la foi là où elle cherche et trouve tout ce qu'elle requier' en Christ, non pas en quelque lieu corporel qui soit depuis que Dieu l'a une fois destaché de Jerusalem etc. (Joa. 4).

4. À ce mesme propos ai je amené au 5 chap. le passage de l'Apostre Rom. 10. pour monstrier que l'homme pour obtenir et jouir de tout ce qu'en Christ et en son evangile lui est présenté et en general et en especial n'a que faire de monter aux cieus visibles ne descendre aux enfers, car la foi lui presente le tout en son coeur, croyant de coeur et confessant de bouche. Que si quelques uns abusent de cest passage le tirant à l'orale manducation (qu'on dit), je ne l'ai point mené à tel propos, sinon pour monstrier seulement la nature de la foi au dit endroit, ce qui est assez evident et clair au dit lieu de ma Confession.

5. Au 8 chap. où je interprete l'article de l'Ascension du Seigneur par l'article de son Assiete à la dextre de Dieu, le chap. 7 precedent monstre que cela doit estre entendu de ceux qui sincerement liront ma confession sans nul prejudice de la verité de la limitation et circumscription quantitative du corps de Christ en son lieu naturel où il est, comme l'ont entendu ceux qui par ci devant ont interpreté le dit article sans en rien favoriser pourtant l'erreur de l'ubiquité, comm'a la verité la dite interpretation en rien favorise le dit erreur, veu que la puissance et majesté donnée à Christ signifiée par le triumphe de sa corporelle et visibl'ascension aux cieus ne vient, ne peut aussi venir jusques à la destruction de son corps et de sa nature humaine. Que si quelqu'uns abusent de tell'interpretation, la prenant pour fondement de leur ubiquité ou de quelqu'autre erreur (comm'aussi font ils de la gloire et majesté de Christ pour tirer son corps voire au et de sous le pain), ce qui a esté de tout temps orthodoxe en l'Eglise, ne doit pas pourtant estre maintenant chancellé comme nuisable à la verité, ains, puis qu'il est tout certain que jamais verité n'a fait appui à mensonge, nostre devoir est de retenir la verité, et monstrier l'abus qu'on en fait d'icelle.

Or, interpreter un article de foi par un autre, sans nier toutesfois la distinction qu'ils ont entre soi quant à l'histoire, ce n'est pas confusion des dits articles, mais chose usitée des fidels interprets de la foi, voire mesmes des Apostres. La mort, sepulture, resurrection, session de Christ à la dextre de Dieu, articles sont assez differents, selon l'histoire, de l'article de la remission de nos pechés et renouvellement de nostre vie, par lequel neanmoins l'Apostre interprete les autres, non seulement comme causes d'icelui, mais aussi comme symboles ou figures. Rom. 6. Coloss. 2 et 3. Ephes. 2. Certes quant est de cest'article de l'Ascension, le mesm'Apostre, au passage allegué en ma Confession, à savoir Ephes. 4, l'interprete de sa gloire et majesté respondante à sa precedente humiliation, à laquell'interpretation rien empesche que selon l'histoire l'un article soit du lieu, et l'autre de la condition ou dignité, non plus que si on diroit que l'entree triumpnale des rois en leur villes capitales, ou leur trone et siege royale est comm'un symbole ou figure de leur inauguration au royaume ou de leur dignité et autorité royale.

Voila les passages qui pour le present je trouve qui pourront estre tirés en quelque sens estrange de mon intention. Que si en ceux ici, ou en autres on aura encores quelque doute, je demande et requiers par le Seigneur de en estre requis, afin que je puisse donner à son Eglise toute satisfaction à moi possible. Donnée ce 28 de Janvier 1566. ans.

Cassiodore de Reyne
Espagnol.

9.

[*Reinicus Beza. Argentina. Martiis 1566.**)]

Eximio viro D. Theodoro Bezae, Ecclesiae Genevensis Ministro, domino ac fratri suo imprimis observando, Genevæ.

Mi domine et observande frater in Christo. Per me hactenus non stetit quominus ad binas tuas intra biennium ad me datas, alteras de confessione mea Londinensi, alteras de Argentinensi agentes, in tempore a me responsum tuleris. Neque enim is sum qui acceptum beneficium pie aut admonitionis aut etiam correctionis, etsi minus opportuna illa foret, superbe contemnam.**)

Quod ad priores attinet, ut tuæ illius meæ confessionis correctiones mihi fuerint gratissimæ, utque quod exemplar meum, a quo tamen et modeste et religiose, ut dicis, abstinuisti, quibus visum fuisset locis tua ipsius manu non correxeris, ægre tulerim, vetus ista epistola, quam cum isthac ad te mitto, testari potest. Eam cum meo illo exemplari, quod ad te remisera, Hispani fratres, qui Genevæ sunt, ad me remiserunt ante annum cum dimidio, quod gravioribus, nescio quibus, occupationibus ex tempore esses***) distractior, ut ipsis visum fuit, quam ut vacaret legendis meis. Itaque eandem eo tantum consilio nunc ad te mitto ut, si libuerit legere, ex ea discas et quantum tibi tribuerim, et infestas atque adeo duras censuras ut nihil moror, ita etiam pian tum admonitionem, tum etiam objurgationem, si sit opus, et expetere me, et pro summo ducere beneficio.

Quod ad postremas, in quibus de Argentinensi mea confessione agitur, hoc in summa tibi atque adeo universæ ecclesiae responsum est: Christum glorificatione sua ejus conditionis corpus esse adeptum, quod omnis corporeæ dimensionis cancellos prætergressum, ubique diffusum sit atque distentum, ut sententiam ab omni scriptura et rei veritate prorsus alienam non recipio neque recepi unquam, quum potius sentio, ut verum hominis corpus certa dimensione et loco pro dimensionis ipsius habitudine circumscriptum ac limitatum, modo quo †) tantam majestatem deceat, supra cælos omnes constitutum, secundum quam corporalem ac localem habitudinem nobiscum amplius non versetur, neque uspiam quam in cælis sit, ubi etiam retineri ipsum oportebit usque ad tempora restitutionis omnium, Act. 3. Deinde Christum ipsum per spiritum suum ac divinitatis suæ vim, quæ nusquam non est, revera exhibere suis in sacra cœna corpus suum et sanguinem, atque adeo Christum ipsum totum, integrum, sedentem ad dexteram Patris, per eandem vim adesse suis, ubicumque gentium degant, citra cælestis loci illius corporalem mutationem, ut sententiam fidei et verbo Dei consentaneam amplector, et eandem per Dei gratiam spero me ad finem usque vitæ meæ retenturum. Hanc sententiam neque confessioni ecclesiae vestræ neque sententiæ tuæ in literis ad Argentinenses peregrinos expressæ neque confessioni demum meæ, modo adsit in interpretando candor, arbitror ulla ex parte adversari.

Ecclesiae Italorum cui omnia debeo, tum quod, dum Genevæ vixi, fui ei adjunctus, tum etiam quod singularem et Christiano cœtu dignam erga me caritatem suam præteritis annis declaravit, eandem meam confessionem mitto, adjuncta mea declaratione in eos articulos, quos in tuis ad me literis secus quam mea habet sententia es interpretatus, ut jam nihil sit hac in parte in quo, si satisfactionem requiras, non putes abunde tibi satisfactum. Mitto præterea meam responsum ad Servetismos illos quos dicunt, per meos Londinenses castigatores ex meis annotationi-

*) *Autograph letter.*

**) *Ms: contemnam.*

***) *Ms: esso.*

†) *Ms: quem ..*

bus in Biblia Hispanica decerptos,*) cum ipsis eisdem exemplaribus unde illos excerpserunt, ut appareat primum, me lucem quærere, non tenebras, non latebras, quæ me meaque facta occultent; deinde, quam periculosum, temerarium, et probis viris, nedum Christianis, indignum sit, de re nondum ex integro perspecta quocumque tandem modo sententiam ferre; tertio demum, ad quantum impudentiæ culmen adversarii mei conscenderint, quod vel ex sycophantiis in unum 53 Jesaia caput erit indubitatum.

Quod ad spurca et humanis auribus indigna flagitia, quæ in me conjecerunt, spectat, propemodum pœnitent jam toties respondi non pudere vero non potest; credat quisque posthac quod volet, ego vero Dominum expectabo, expectabo Deum servatorem meum, audiet me Deus meus. Quum sederò in tenebris, ipse lux mea est. Perficiet tandem aliquando, ut cœpit, iudicium meum, educet me in lucem, videbo justitiam ejus [*Mich. 7, 7—9*]. Neque interea mea isthac tam dura exercitatio mihi est omnino inutilis. Fortassis ex ea complura disco, eaque utiliora quam quæ ulli me unquam libri edocere possent. Episcopus Londinensis acta hujus causæ, ut audio, ad vos misit; an omnia, vel ea tantum quæ adversum me sunt, quo etiam consilio, quove auctore, hactenus ignoro; ex ipsius tamen tum pietate, tum literis ad me missis conjicio cum id fecisse animo sublevandi potius quam augendi calamitatem meam, neque ut ego novis iterum et argumentis et auctoribus per orbem diffamer, sed ut atroci alioqui infamiæ et ecclesiae Christi imprimis perniciosæ, quoad fieri possit, remedium adhibeatur. Igitur quæ jam vestræ sint partes inspice, summo omnium iudici Christo in totius universitatis teatro rationem brevi reddituri. Ego interea assiduis precibus insistam, ut Dominus per Christum unigenitum Filium suum Spiritu suo gubernet vestra consilia, ut, quæ ad gloriam nominis sui et ecclesiae suæ ædificationem sint conducibilia, proferatis.

Argentinæ kalendis Martiis 1566. Tuus

Cassiodorus.

10.

[*Oporini et Zanchii quædam ad Reinicum spectantia. 1567—68.*]

Joh. Oporinus, Joh. Huberto, Basilea Argentinam.

1567. Jun. 10: Misi ante paucos dies orationes duas adversarias Fran. Somii et Castritii, quarum inspectionem D. Sturmio et tibi committi petieram a Josia Rihelio cui easdem miseram; et simul vestrum de illis iudicium audire percuperem. Nunc etiam D. Cassiodoro easdem legendas exhiberi velim. Scire etiam cuperem quid de libello ejus, quo de Hispanica per Belgicum Inquisitione egit, fiat, exustusne is sit nec ne, aut, si non sit, an non excudendum curaturus sit, et forte etiam eorum, quæ interea acciderunt, auditu horrenda, historica narratione adjicere. Rescribe mihi quæso per hunc eundem qui hasce literas nostras tibi tradet, et a D. Sturmio vel tribus verbis iudicium ejus de istis duabus orationibus ut extorqueas [et] mihi significes, itemque a D. Cassiodoro, cura.**)

1567. Nov. 15: non potui differre longius quin te certiore redderem de Biblia nostra Hispanica, in qua, ut tandem prelo subjiciatur, nihil impedit aliud quam ut D. Cassiodorus a Sturmio nostra bona testimonia consequatur, id quod hactenus et

*) *See our Document 2.*

**) *Compare above p. 118 and 172.*

ipse, qui ter et quater jam scripsit ad eum, et nostri censores desiderant. Vellem itaque, mi D. Conrade, apud D. Sturmium efficeres, ut eo accuratius D. Cassiodorum commendaret: plurimi enim id proverbii negotium, quia censores nostri omnia, quae non intelligunt, suspecta habere iudicantur.

1567. Dec. 10: quod Hebraicos prophetas a Plantino editos expectas necdum vidisse te scribis miror, quod D. Cassiodorus eos jam pridem ad te miserit, tuo nomine a me acceptos.

1567. Lunæ ante natalem Domini: Mitto per Cassiodorum nostrum ad Illyricum*) Annotationes Hermanni Bonni in totum Vetus Test.

1568. Jan. 7: Sripsi interea etiam ad D. Cassiodorum de Bibliis suis Hispanicis, permittere senatum nostrum ut excudantur, sed omissis omnibus annotationibus. Itaque si ita excudi ea velit, ut reditum ad nos maturet, nam in nobis nulla crit mora. Et consultius ipse etiam fore censeo ut vel absque annotationibus solus textus excudatur, quam ut propter annotationes omittendas ipso etiam textu carendum sit iis quibus aspirare etiam divinus spiritus solo textu perfecto poterit. Erit forte alio tempore etiam annotationes seorsim excudendi occasio. Id velim D. Cassiodoro significes, et ei simul ac D. Sturmio officiosissime meo nomine salutem dicas.

1568. Jan. 15: Hodie tabellarius Francofordiensis discessit, per quem ad te et Cassiodorum literas misi, et te oravi ut et ad illum literas curare et D. Illyrico quas scripsi, item reddere velis, simul addens, esse a Corio aliter primo quam post ab ipso Sulcero indicatum senatusconsultum, nempe licere una cum annotationibus, grammaticalibus saltim, Bib. Hisp. edere. Et ecce, dum id molior, supervenit Cassiodorus ipse et tuas adfert literas. Oro autem te, quod nostras ad Cassiodorum accipies, ad nos vel ipsum potius Cassiodorum eas remitti per occasionem cures, quo videat me de ipsius rebus, dum ipse in itinere reditus ad nos fuit, sollicitum fuisse.

1568. Febr. 6: De rebus nostris abunde te edocebit D. Cassiodorus noster, nempe de Bibliorum Hisp. editione quid actum sit, *and that a son had been born to Oporinus.*

Hieron. Zanchius Jo. Huberto Heidelbergæ Argentinarum, die paschatis 1568: D. Cassiodoro reddes hæc scripta.

11.

Reina's friends Peter Ramus and Marcos Perez.

Petri Rami Basilea ad senatum populumque Basiliensem. Anno. M. D. LXXI. [*BASLE, Public library*]. *No mention of printer or printingplace; according to Waddington, Ramus 1855 p. 467, it was printed by J. Probus at Lausanne.* Typographus Lectori. Cum hæc P. Rami Basilea Basileæ scripta forte in nostras manus incidisset, eam malimus illo inscio prælo committi, quæ adferret tibi nonnihil adjumenti, quam sepultum in tenebris delitescere.

Ramus had stayed at Basle, according to Waddington p. 193, la fin de l'année 1568 et la plus grande partie de l'année 1569.

[P. 12.] Si quis controversi juris nodus inter iudicandum incidit, quod rarum est, juris consultus pro tota civitate unicus (ut antea pater Bonifacius Amerbachius et hodie filius Basilius Amerbachius non solum jurisprudentia sed vera virtutis fama civis primarius) consulitur. O felices Basilienses . . . [P. 30. 31:] Quis vestrum oblitus est Bonifacium Amerbachium non modo Basileæ, sed universæ Germaniæ legum

*) *Matthiam Flacium.*

Romanarum sapientia velut Apollinem fuisse: et in filio Basilio Amerbachio patriam gloriam veluti hereditaria successione perpetuasse?

[P. 18. 19.] Sebastianus Castellio et Theodorus Zuingerus par alterum nobile faciunt. . . Zuingerus Castellioni successit, nostræ quondam scholæ alumnus, ed ideo verecundius voce nostra memorandus, ne magister e discipuli studiis laudem repetere videatur: sed tamen accurata Græcæ literaturæ professio studiosis fructuosa, academiæ universæ honorifica, civibus per jucunda: sed multo magis humanæ vitæ theatrum laboris infiniti ex infinitis authoribus conflatum: sed quoniam medicinæ se præcipue dedit, Galenus præcipuis partibus, Hippocrates totus Zuingeri industriam doctrinamque etiam tacente me, amplissime demonstrabant.

[P. 25.] Theologia nempe de professionibus ordinariis ut gradu summa est, sic divinis laudibus est amplissima. Professores ordinarii duo sunt professionis genere mihi imprimis laudato atque optato. Hic Simon Sulcerus et Huldricus Coccius nobis auditi assidue atque auscultati sunt: nec enim consolatio mihi major in his civilium tempestatum miseriis ulla fuit, quam ut assiduas utriusque prælectiones auscultarem: cum alter testamentum vetus Hebraice, alter novum Græcæ interpretaretur. Tum enim voti compos fieri mihi visus sum, pro quo procemium Parisiensis academiæ pæne capitale nobis extitisset, cum nostris Theologis optarem, ut tali professione puriorem verbi divini Theologiam et suis fontibus ita haurirent, et ita hauriendam discipulis ostenderent.

[P. 31—33.] Agedum Basiliensis academiæ hospites, familiares etiam nostri in istam gratiæ gratulationisque societatem succedite, hæc enim nisi Andreæ Penam, Petrum Castelnovum, Petrum Pitheum, Joannem Bohinum, Cornelium Bombergam, Cassiodorum Rhenium, Franciscum Bethum, Sylvestrum Teglium adjunxero, eruditiæ mihi cum ipsis familiaritatis et philosophicæ in quotidiana colloctione consuetudinis immemor parumque gratus existimer . . . Cassiodorum Rhenium Hispanum labor ingens atque immensus amor patriæ sacris studiis erudiendæ et ab impia superstitio[nis] sævitia vindicandæ quamvis taceri atque ignorari velit, minime tamen tacitum atque ignotum esse patietur. Franciscus Betho et Sylvestro Teglio vix Italia duos Italos candidiores et veræ pietatis amantiore apposuerit. Bethus patriam patrio sermone christianismi sacris initiat. Teglius Machiavelli principem latine loquentem fecit, majoraque nominis sui monumenta quotidie molitur. Te vero Marce Peresi etsi Basiliensi civitate donatum tamen academiæ vel hospitem præcipuum, vel certe municipem, quibus tandem laudum argumentis appellem? Etenim opibus magnis abundare, commercia cum omnibus christiani orbis gentibus perampla exercere: scire Flandricæ, Germanicæ, Italicæ, Hispanicæ, Gallicæ: imo luculenter et eleganter Latine, liberalium artium studia coluisse, sacras imprimis literas evolvisse, de tam variis sæculo nostro tamque discrepantibus theologorum judiciis rectissima selegisse, magna quaedam in te raraque ingenii atque industriæ encomia sunt, sed opibus amicos et cives tuos juvare, commercio plurimarum rerum nationibus prodesse, linguarum communione cum tam differentibus populis doctis indoctisque scripto linguave communicare, e religionis intelligentia non orationis ornatum, sed cultum vitæ melioris exquirere, afflicta Christianæ ecclesiæ membra consilio, opera, pecunia, cohortatione, periculo etiam salutis ac vitæ instruere, tueri, sustentare, consolari, propugnare, in coque summum sibi bonum collocare, denique virtutis instrumenta ad usum virtutis referre, ea demum tibi solida est constansque gloria. Itaque ex infinitis urbibus urbem maxime omnium hospitalem merito adamasti, in qua infinitis mortalibus communem quandam beneficentiæ ac liberalitatis hospitem exhiberes.

[P. 33.] Amerbachii, Frobenii, Episcopii, Petroi. Curiones, Hervagii, Isingeri, Cratandri, Oporini, Bethelii, Guarini, Bryllingeri, Pernæ ceterique nobiles Typographi Basileam non tantum opibus, sed egregia liberalis industriæ apud omnes nationes fama decorarunt.)*

[P. 35.] Quapropter (viri Basilienses) P. Ramus discedens jucundi, liberalis, humani hospitii memor grati animi monumentum apud vos esse *æquivalere* istam voluit, a Deo opt. max. precatus, ut Basilea in perpetuum opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta, pietate præcipue insignis, religioneque sancta ac beata sit. Finis.

Reprinted 1575 (see Waddington p. 468). 1580: Petri Rami praelectiones in Cicconis orationes octo consulares. Vna cum Ipsius Vita, per Ioann. Thomam Freigivm collecta. Quae hac editione accesserunt, sequens pagina dicit. Basileae, per Petrum Pernam. Anno CIO IO LXXX. [STRASSBURG Univ.] Rhemium and Rhenium are corrected into Rheinium. Superstitio (or superstitio?) is corrected into superstitionis. Instead of christiani orbis is misprinted Christiani vrbis. Isingrinij and Bebelij instead of Isingeri and Bethelii. 1599 in Petri Rami professoris regii et Audomari Talai collectaneæ Praefationes, epistolae, orationes. Marpurgi CIO IO XCIX. [ZURICH city]. Instead of Castellio and Castellioni is printed Castalio and Castalioni; also here, however, we read Rhemium and Rhenium; superstitio is corrected into superstitionis. (Another edition Marpurgi 1609? See Waddington p. 470.)

Marcos Perez had come to Basle from the Netherlands. He had been a banker at Antwerp („which was to the rest of Europe in the sixteenth century what London is in the nineteenth, the great heart of commercial circulation“, as Prescott says, Philip II, book 2, chap. 1). He was of Jewish extraction. As President of the consistory of the Calvinists at Antwerp, he worked hand in hand with the Lutherans against the common enemy. His name was at the head of the document by which, in October 1566, the Calvinists and the Lutherans of Antwerp offered to their Sovereign thirty tons of gold, in addition to their ordinary contributions, if he would consent to ratify their agreement with the Regent of the Netherlands. In the beginning of 1567 Marcos Perez and his wife Ursula Lopez**) were by the Inquisitors put on the list of the suspected persons, and in an official list of the persons banished or executed during the years 1566—1569 he is among the banished. *Rahlenbeck*: L'Inq. et la réf. en Belg. 1857, p. 68. 91. 102. 131. 247. 259. 261. 263. 265. The remark p. 259 that he was propagateur de la Bible en Espagne seems to be *Rahlenbeck*'s. Compare on this Perez the notice of *Rahlenbeck* concerning Reginaldus Gonsalvius Montanus in our article on this one, note 15. Probably Perez left Antwerp in April 1567 together with William of Orange.

He is mentioned as living in Basle in the following extracts from letters to Theodore Zwinger (Variorum ad Theodorum Zuingerum epistolæ, originals in the

*) Melancthon says on the typographers of Basle in the Colloctanea of Manlius (cum praefatione Simonis Sulceri, dated 1562. Edition Basileæ per Oporinum et Gomuseum s. a., p. 574. Edition Fref. a. M. 1591. p. 577): Unica ea urbs typographicis operis et officinis cum omnibus Germaniæ, imo (si quod res est fateamur) cum totius Europæ urbibus certat: sive spectes multitudinem optimorum autorum, tam veterum quam recentium, sive consideres diligentiam quæ in emendatis librorum editionibus insumitur. Adde quod tolerabili pretio comparantur boni autores. *He speaks of Froben, Henricus Petri, Curio, Oporinus, Hervag, Bryllinger, Gymnicus, Parcus, Pernæ.*

**) Also Martin Lopez (traducteur espagnol de livres protestants) was among those banished from Antwerp in 1566—69, *Rahlenbeck* p. 260.

Frey-Grynæus Institute at Basle, copies of the same in the University library there. Compare above p. 152. 189.)

Monsieur de Rochefort, Conseiller de Monsr et de Madame de Savoie, Turin, 25 Novembre 1568: mes humbles recommandations a Monsr votre beau pere, a Madame votre femme, a Monsr Amerbachius, a Monsr Sulzer, au Sr Marco Perez, a Monsr le Prince Palatin et Monsr son gouverneur, et autres qui vous semblera bon. *Idem* Augustæ Taurinorum. III Cal. Maias 1569: Interim D. Tribunalum utrunque et conjugem tuam carissimam, Sulcerum, Amerbachium, Peresium, Platerum, [fratres] Curiones, Pantaleonem, et Ramum si adhuc apud vos est, meis verbis plurimum saluta.

From the letters of Peter Ramus, contained in the same volume and printed from it in Waddington's Ramus 1855: Heidelbergæ 10 Cal. Feb. 1570: Saluta uxorem et filiolum nostrum, item amicos nostros Platerum, Brandmulerum, Amerbachium, Hospinianum, Cassiodorum, Boinum. Vale. (Waddington p. 425.) Genève 4 Non. Jul. 1570: Saluta nostrum Peresium, itemque Amerbachium, Brandmulerum, Boinum, Hospinianum, neque quenquam ex amicis prætermittito. Vale. (Waddington p. 427.) Lausanæ 12 Cal. Aug. 1570: Habitatio, cum a patria discessi, nulla mihi gratior quam Basileæ accidit . . . Rescribe interea de rebus omnibus, sed imprimis de M. Perezio quem es oblitus extrema epistola, audiavi Paernam [Payerne in the Pays de Vaud] nuper venisse; saluta igitur ipsum meo nomine quamplurimum, et amicos ceteros. (Waddington p. 428.) Lutetiæ, Mart. 1571: Scribo ad M. Peresium, ad F. Platerum, ad Grynæum et Episcopium, quibus ista omnia communicabis. (Waddington p. 431.) Lutetiæ, 3 Non. Sep. 1571: Saluta nostros Basilienses M. Peresium, Amerbachium, Brandmillerum, Platerum, Boinum, Coccium, sed inter omnes D. Brandum. (Waddington p. 436.) Nonis Decemb. 1571: Saluta nostros Basilienses DD. Peresium, Amerbachium, Felicem [Platerum], Boinum, sed præcipue Brandmillerum monetoque ut bono sit animo. (Waddington p. 436.)

See Reina's letter to Zwinger, 13 July 1570, here p. 224.

Certainly Marcos Perez was that Perez who received Reina in his house when he fell ill at Basle (see here p. 177 and 222 f.; Wiffen was mistaken in thinking, Life of Valdés p. 43, that this Perez at Basle was Juan Perez de Pineda).

Compare above p. 172 and 185.

12.

[Beza de Reinio in epistola ad Corranum. Genève 1569.]

Beza to Corro, epist. 59. speaking of a letter of Corro to Reina, whose name however in all editions of Beza's letters is replaced by N.

Tuum illum [ed. 2 foll. add conterraneum] diu amavi ac etiam honesto testimonio ornavi. Is ad me aliquando confessionis cuiusdam exemplar misit, de qua quid mihi videretur amice et familiariter ad ipsum scripsi. Quum postea quorum scelerum iste ubi nunc es accusatus esset, et quam turpiter sese subduxisset, cognovissem, fateor mihi valde jam tum [1597 eum instead of this tum of the former editions] fuisse suspectum, quum vero postea intellexissem quos sermones de Cœna Domini habuisset, et ipsemet ad me nonnulla ea de re scripsisset, coactus sum acerbius illum

reprehendere, non prius sane pro fratre illum habiturus, quam alium factum cognovero. Tu vero quocumque loco voles illum sane habeto.

.. Quomodo possimus Verbum a Deo pro hominis remedio promissum considerare antequam carnem assumeret, et in qua substantia sese Patribus veteris fœderis demonstrarit? Hanc porro quæstionem prorsus Servetanam esse si negas, negas solem meridie lucere . . . cur etiam ex eo id quaris, quem tu minime ignoras ut Servetanum a quibusdam, utinam falso, accusatum? *The second edition has: (falso tamen, opinor) instead of utinam falso. Beza was right in changing his view of Reina, but he ought not to have changed the text of this document without saying that he introduced such a change. The editions of 1582 and 1597 of course follow the second.*

.. Altera quæstio est, Quomodo Christus dum in hoc mundo versaretur, sederet ad dexteram Patris . . . Et scilicet hac in re tuus N. [Reinius] potuit novum tibi quippiam suppeditare, quod ex illo eruditissimo Theologo Petro Martyre discere non multo melius poteris, nisi tu istiusmodi libros fastidires . . .

Refers quiddam satis obscure de ministro oppidi Sanctæ fidei,* qui quum de N. [Reinio] tecum loqueretur, ais tibi tunc in mentem venisse illud Joannis Si scires donum Dei et quis est qui loquitur tecum, forsitan petiisses ab eo, etc. Hoc vero quinquam vel de te sentire sine extrema arrogantia, vel de tuo N. [Reinio] scribere absque intolerabili adulatione potuisti? Denique quid est Scripturam turpiter profanare, si hoc non est?

In the same letter Beza treats Juan Valdés' Considerations disdainfully.

13.

*[Reyne: Déclaration sur sa confession de foi de Strasbourg.
Francfort 12 Juillet 1571.]*

A Mons^r Mons^r de Beze à Geneve.

Le sousigné Cassiodore de Reyne, aiant conversé**) avec les ministres de l'Eglise françoise recueillie en cette ville de Francfort sur les articles de ma confession de foi jadis par moi presentee à l'Eglise françoise de Strasbourg le 24 de Mars 1565, et estant par eux requis de leur bailler une plus claire declaration de ce que je sens principalement sus ces points, de la ste Cene de nostre Sgr Jesus Christ, de son ascension au ciel, et session à la dextre de Dieu son pere, leur ai declairé et declare en toute sincerité que j'entens les articles de ma dite confession tout ainsi qu'il est porté par ce present escrit signé de ma main.

À savoir: Qu'en premier lieu perseverant en l'approbation de tous les livres canoniques de la ste escriture du viel et nouveau testament et des trois symboles receus de toute l'Eglise, à savoir celui qu'on appelle des Apostres, celui du Concile de Nicée et celui d'Athanase, et rejettant tous erreurs et heresies à iceux contraires (pour l'esgard principalement de la doctrine contenue et declairée es deux derniers touchant l'unique essence de Dieu et trinité des personnes), suivant le premier article de madite confession,

*) *In the Spanish original: un ministro de Sancta fee. This must be Sainto-Foi in the Agenois, which had been taken by the Protestants in that year 1563 in which Corro's letter referred to by Beza was written.*

**) *Ms: conserve.*

j'approuve aussi et reçois sans aucune exception ni restriction toute la doctrine comprinse en la confession de foi des Eglises reformees de France qui commence: nous croions, etc., comme estant vraiment fondee et entierement conforme en toutes ses parties à la pure parole de Dieu et doctrine des Prophetes et Apostres. Laquelle pour plus grande certitude je suis prest et promets signer toutesfois et quantes que j'en serai par eux requis (comme je l'ai desja approuvee et signee autresfois). Et ce pour satisfaire au 2^e point de ma dite confession.

Quant au 3^e, je declare que mon intention n'a jamais esté et n'est encores de confondre par icelui la chose spirituelle qui nous est presentee au sacrement de la ste Cene, à savoir la chair et le sang du Seigneur et tous ses benefices, avec le moien par lequel nous en sommes faits participans et le droit et legitime usage de ce sacrement. Et quant à ces mots „presentiellement et substantiellement,“ je desire d'estre supporté si je les ai là usurpé outre leur naive signification (aiant esgard au lieu auquel j'estois) pour signifier la vraie presence et substance du corps et sang de Christ; protestant que je n'y recognoi toutesfois autre presence que celle que nostre foi y apprehende spirituellement, demeurant son dit corps au ciel et non ailleurs, comme il sera dit ci après.

Quant au 4 article, je recognoi y avoir usé de ce mot „nécessaire“ non à autre intention que pour forclorre et rejeter du tout l'opinion de ceux qui attachent tellement le corps et le sang de Christ aux signes visibles du pain et du vin qu'ils estiment que nuls ne peuvent recevoir ces signes qu'il[s] ne reçoive[nt] aussi veritablement la chose par iceux signifiée, soit fidele ou infidele. Laquelle opinion je condamne là. Et touchant les mots symbolisans avec le formulaire de l'administration de la Cene qu'on recite communement en la celebration d'icelle, je les entens au mesme sens que portent les paroles du dit formulaire, n'aian eu lors nullement intention de rien innover ou changer quant au dit sens, combien que j'aie usé d'autres paroles, ni moins d'establir quelque autre presence du corps de Christ en terre que celle dont j'ai parlé ci de sus.

Quant au 5 article, ce que j'y ai allegué, le passage de St. Paul [Rom.] 10, v.*) 6, 7 et 8, ç'a esté seulement pour declairer en general la vertu et efficace de la foi en l'apprehension des choses spirituelles de Christ qui nous sont proposees en sa parole, et non pour vouloir precisement l'appliquer à la manducation du corps d'icelui en la Cene, ou favoriser à l'opinion de la manducation orale et charnelle, comme je sai que l'Apostre n'a eu là ceste intention.

Pour l'esgard des paroles et sentences de feu Mons^r Bucere que j'ai alleguees tant au 6 qu'au 10 article, je n'ai nullement pretendu de les appliquer contre ceux qui suivent la confession des eglises reformees ou de France ou du pais des Suisses et les laisse au sens de l'auteur d'icelles, n'en voulant abuser contre personne.

Quant au 8 article, combien que j'aie estimé pouvoir sans reprehension declairer l'article de l'ascension de nostre Seigneur par celui de sa session à la dextre de Dieu pour l'affinité d'iceux, si est ce que je n'ai onques pretendu ni pensé de confondre les dits articles en leur substance et particuliere doctrine. Ains submettant ma dite interpretation au jugement de l'Eglise et fideles docteurs en icelle, je proteste de recognoistre la diversité et distinction des dits articles en ceste maniere: c'est que suivant le 7 article de ma dite confession, je recognoi que celui de l'ascension nous enseigne que le corps naturel de nostre Seigneur Jesus Christ a esté visiblement eslevé de la terre et de ce bas monde pour monter au

*) *Ms: et instead of v.*

ciel où il occupe un lieu certain circonscrit selon la dimension d'icelui, estant à present là et non ailleurs, voire pour y estre contenu jusques au temps de son dernier advenement, comme St. Pierre le tesmoigne, Act. 3, v. 2. Et quant à celui de sa session à la dextre de Dieu son pere, il nous monstre et declare simplement non point la deification de son corps ou quelque presence infinie et invisible d'icelui en la terre, mais la condition et estat de sa gloire, majesté et puissance, laquelle comme mediateur il a obtenue après sa resurrection, et obtient encores maintenant, aiant esté déclaré et établi de Dieu son pere pour roi et dominateur du ciel et de la terre, comme lui mesme le tesmoigne, Math. 28, v. 18. Laquelle gloire, majesté et puissance signifiee par la dite session n'a point osté ni aboli les propriétés naturelles de son corps, ains les lui laisse toutes en leur entier, tellement qu'il n'est maintenant non plus exempt au ciel de la condition locale et circonscrite, qu'il estoit pendant qu'il conversoit encor ici bas après sa resurrection, ou que nos corps seront, après qu'ils seront aussi ressuscités pour estre faits conformes à son corps glorieux, comme parle St. Paul Philip. 3, v. 21. Voila quelle est mon intelligence quant à ces deux articles, par laquelle je declare aussi que je n'ai non plus voulu confondre au 9 article de ma confession l'article de la dite ascension au ciel avec la glorification de la chair de Christ, ni le lieu auquel son corps est contenu ou circonscrit au ciel avec la gloire de laquelle il a prins visiblement possession lorsqu'il y monta à la veue de ses Apostres. Suivant donc ceste mienne declaration touchant ces deux articles, je proteste n'approuver et n'avoir en rien voulu symboliser ni consentir à l'opinion de ceux qui imaginent une ubiquité ou omnipresence invisible du corps de Christ, par laquelle ils veulent qu'il soit present corporellement partout et mesmes conjoint inseparablement en on avec ou sous le pain de la Cene, ancantissant, en tant qu'en eux est, par une telle opinion la verité du corps naturel de Christ, en tant qu'ils le pensent infini, incirconscrit et invisible, le feignant estre present en divers lieux, voire mesme partout en un mesme instant, ce qui ne peut competer qu'à la seule nature divine et non à l'humaine qui est finie, visible et circonscrite.

Finalement pour comprendre toute la resolution de tous ces points et les appliquer à la doctrine de la ste Cene, je confesse en somme librement et de coeur qu'en icelle, et mesme en la simple parole de Dieu, Jesus Christ se donne soi mesme aux fideles avec tous ses biens, en vie eternelle, et que la foi est le seul moien ou instrument de ceste communication et union spirituelle que nous avons avec lui. Parquoi je conclus que Jesus Christ par sa vertu divine, spirituelle et incomprehensible, pour l'egard de laquelle seulement nous reconnissons sa presence en la terre, est vraiment present en son eglise, mais quant à la substance de la chair, elle a esté vraiment et realement esleevee aux cieus hors de ce bas monde, n'estant plus en la terre ni ailleurs qu'aux cieus et par ainsi autant esloingnee, quant à la distance locale, de nous qui sommes en terre, comme ce qui est par de sus tous les cieus est esloingné de ces bas lieux terrestres; et neanmoins que par foi nous ne laissons d'estre faits participans d'icelle spirituellement, avec une telle efficace et certitude que nostre ame en est vraiment nourrie et sustentee en esperance de la vie eternelle, et ainsi estant incorporés avec Christ par ceste communication spirituelle nous sommes faits os de ses os et chair de sa chair en vertu de sa promesse.

Voila quelle est ma foi pure et simple, suivant laquelle je desire et requiers que tout ce que je peux jamais avoir dit et escrit de ceste matiere soit prins et

entendu. Je voi que par faute de me pouvoir si bien expliquer comme j'eusse désiré, aucuns aiant peu prendre occasion d'estimer que j'aie creu ou senti autrement que je ne sens ou croi à present, et afin que nul ne doute ci après de ma sincerité et droite craiance en tous ces points, j'ai signé de ma main la presente declaration à la requeste des dits ministres qui ont conferé avec moi, promettant au surplus de perseverer en ceste foi et doctrine et de me renger en toutes choses au jugement de l'Eglise du Seigneur, à laquelle je submets et ma personne et tous mes escrits, desirant estre tenu et recogneu pour vrai membre d'icelle.

Fait à Francfort ce XII de Juillet 1571. *)

14.

Lettre de Cassiodore à Mr de Beze. **)

[Francfort 25 Novembre 1571].

Monsieur, la paix du Seigneur soit avecque vous.

Ces jours ici estant au point d'aler à la communion de la Cene du Seigneur, le Consistoire de l'Eglise françoise de ceste ville, ayant entendu qu'il y a eu par le passé entre vous et moi quelques differents, pour l'esgard de leur office et de ma conscience m'ont requis qu'avant que d'aler à la Cene j'eusse à vous escrire quelques lettres de reconciliation, ce que je fais maintenant volontiers, veu qu'en cela je ne suis pas requis que de mon devoir, encores que j'aie desja à mon advis souffisamment acquitté ma conscience en cest endroit, l'ayant fait plus d'une fois; neanmoins pour leur consentement et satisfaction je me suis mis maintenant à vous escrire derechef ce mot de lettre, par laquelle vous soyez certifié de ma part que je ne vous porte nulle haine ne rancune qui me charge la conscience devant Dieu pour l'esgard de ce que je vous dois comm'à mon prochain et frere en Christ, comme je vous prie aussi au nom du Seigneur de me porter pareille affection, attendu mesmes que, quant à la doctrine dont estoit procedé le principal different, j'en ai satisfait par declaration signee de ma main aux ministres de cest' Eglise, dont j'espere qu'elle contentera tous ceux qui la verront. Quant à la lettre que quelques uns de mes amis, à ce qui semble, de par deça ont envoyee à Geneve, dont j'entens qu'il y en a eu plusieurs offensés, vous veus je aussi certifier devant Dieu qu'elle n'a point esté faite ne de ma volonté ne de mon conseil ne de mon seu, et que mesmes il m'a despleu et desplait encores, qu'elle aie esté faite. Que s'il y a encores quelques differents entre nous, j'espere que le Seigneur Dieu à qui j'ai tousjours remis ma cause les esclaircira quelque jour, afin qu'un chacun aie le paiement de sa justice, auquel je prie nous vouloir tous tellement conduire par son esprit que nos consciences soient en repos devant son jugement et nos prochains bien edifiés. De Frankfort ce 25 de Novembre 1571.

Vostre serviteur et frere en Christ

Cassiodore de Reyne.

*) Dufour: n'est pas signée, doit être une copie. Colée: Lettre de Cassiodore.

**) Carrasco on this notice: Escriitura posterior. The letter itself is autograph.

15.

Declaration et protestation de Cassiodore sur le crime de sodomie
dont il etait accusé.*)

[Francfort 25 Novembre 1571.]

Je Cassiodore de Reyna, Espagnol, ministre de la parole du Seigneur, par le passé de l'Eglise des Espagnols à Londres, bourgeois à present de la ville de Francfort, estant requis de Messieurs et freres en Christ les ministres, deputés et diacres de l'Eglise François recueillie en ceste ville de Francfort, de laquelle aussi je suis receu membre, de declarer ma conscience et faire solemnelle protestation de mon innocence touchant le crime nefande et detestable de sodomie contre moi pretendu entre plusieurs autres blames qui me furent à tort mises de sus à Londres au cours de mon ministere, il y ait environ 8 ans, ce que les sus dits ont requis de moi pour leur satisfaction avant que de m'admettre à la communication de la sainte Cene du Seigneur (comm' aussi je en suis esté depuis et à Londres, et en France en l'Eglise de Montargis soubz le ministere de Messieurs Pierius et Corranus, et en Bergerac soubz le ministere du dit Corranus et Broikius), d'autant que mon innocence n'est pas encores declaree par sentence de juge competente, — confesse et proteste devant Dieu juge des vivans et des morts, que ç'a esté une pure calomnie, et que j'en suis innocent et de fait et de volonté, ainsi que je l'ai par plusieurs fois protesté et confessé tant au Consistoire de l'Eglise française de Londres, de laquelle j'estois membre, qu'ailleurs.

Item, promets et proteste de le faire ainsi apparostre par juge legitime, et qu'il ne tiendra pas à moi que je n'aie ma legitime purgation dedens un an au plus tost, dont j'en fairai apparostre ma diligence au Consistoire de cest' Eglise, si Dieu m'en donne la vie et l'opportunité, et qu'il n'a pas tenu à moi qu'elle n'aie esté faite, il y a longtemps, mais à quelques empeschemens de consequence qui se sont interposés.

Item, d'autant que les sus dits Ss ministres m'ont monstré un escrit le quel ils estiment estre un tesmoignage du Consistoire de l'Eglise française de Londres des propos que j'y avois tenus touchant le mesm' affaire, lequel escrit je n'ai pas recognu ne advoué pour certaines raisons, neanmoins, estant requis d'eux d'advouer ou declarer le mot de pollution y contenu, je declare soubz la mesme protestation, qu'aux propos que j'ai tenus au dit Consistoire ou ailleurs touchant la declaration de ma conscience au dit affaire, je puis avoir usé en mon discours de ces mots de pollution ou polluer ou pollui, disant m'estre trouvé quelques fois en des songes et fantasies pollues et ordres en dormant pendant que le garson couchoit pres de moi; ce que je n'entens pas de quelque effusion de semence, de laquelle j'en suis bien certain et assure que jamais ne m'est advenue alentour ou sus le corps du dit garson, ainsi qu'on m'a enjoint de declarer, mais seulement l'entens je des songes et fantasies vileines, ordres et pollues, ainsi qu'il advient aux hommes en dormant. Et d'autant que la question est maintenant d'un esclaireissement de ma conscience, et que j'ai entendu qu'aucuns ont prins en mauvaise part les dits mots de pollution, voire jusques là que de me charger comme d'avoir confessé es dits mots ou l'acte ou pour le moins quelque grande partie, je declare, soubz la mesme protestation, qu'en cest endroit, quant à ce qui concerne la signification des dits mots, rien ne m'est à moi advenu qui ne puisse advenir à tout homme de bien, demorant encores homme

*) *Dufour on this notice: annotation moderne. The text is autograph.*

de bien. Item que ces dits mots là en rien m'ont gravé devant le dit Consistoire où je les puis avoir usurpé pour me defendre, ou empesché,*) en quelque maniere qui soit, la communion de la Cene, à laquelle j'ai esté par après avecque eux par quelquesfois sans aucune contradiction d'homme vivant jusques au jour de mon departement d'Angleterre.

Et en tesmoignage de ceste mienne protestation et declaration j'ai donné cest present escrit soubsigné de ma main. Fait à Frankfort ce 25 de Novembre 1571.

Cassiodore de Reyne.

À monssur Monssur de Beze, ministre de la parole du Seigneur, Geneve.

16.

[*Reinius Sturmio. Francofurti 1573.*

Ex epistola dedicatorio prefata libro de Evangelio Joannis.]

[*Fol. a 2:]* Clarissimo viro Joanni Sturmio, compatri suo inprimis venerando, Cassiodorus Reinius s. p. d.

Haud me multum pudet pigetve, quod officio manuum et industria mea victus mihi et familiae meae demum quaeritandus sit, senectutem praesertim jamdudum ingresso, neque firmæ admodum valetudinis, qui sacris oraculis, quorum studiis ab ineunte aetate addictus fui, odocear, homini ex originali illa et primæva justitia in corruptionem lapsus ac proinde in statu poenitentiae constituto labores manuum, ad quos divino decreto, ut inde sibi victum paret, damnatus est (Gen. 1), quovis illi otio adeo esse salubriores, ut in illis ipsis, fide et timore Dei susceptis et conditis, haud parvam amissæ felicitatis partem recuperare liceat. Labores, inquit propheta (psalm. 128), manuum tuarum manducabis: beatus es et bene tibi erit. Illud autem in hoc statu felici aliqui, licet operoso ac negotioso, non possum non moleste ferre, quod occupationibus hisce saecularibus, quas etiam vocant sacrae literæ (2 Tim. 2, 4), ab studiis sacrarum literarum et legitima vocatione mea inservieri ecclesiae Christi pro ratione accepti talenti mei, aut si mavis nummuli, plus distrahar**) quam vellem aut etiam in initio putaram suscepti operis. Hinc factum est ut nonnulla scripta, quæ usui ecclesiae esse possent, tum mea, tum etiam aliena, cæterum fidei meae commissa, apud me diutius delitescant,***) tum maxime editio versionis Latinae novi testamenti Syri, a Tremellio, viro inprimis docto et pio, et utriusque nostrum amico, quinque abhinc annis elaboratæ, et cum ipso Syro textu Græco etiam e regione cum sua versione Latina, ingenti et pretioso sane volumine, emissæ in lucem,†) quam, ut pauperioribus studiosis sacrarum literarum gratificarer, seorsim cum nonnullis meis annotationibus emittere ipse in lucem constitueram, plus justo, hoc est quarto abhinc anno, supprimatur, quæ si otium medioere suppetisset, vix unius anni esset opus. Verum cum invita fame et paupertate, quacum toto hoc tempore (ut antea actum prætermittam) consertis lacertis dimicandum fuit, opus jam prope finem esset (neque enim, quod pudet dicere, est absolutum), Joannis evangelium seorsim prius emittere consilium fuit . . .

[*Fol. 6:]* Dum enim in paranda editione Latinae novi testamenti Syri pro mei ordinis scholasticis, ut supra dixi, incumbo, et ad Joannis evangelii venio, quod arbitror me aliqui plusquam centies legisse, ita novum visum est . . . Poteram

*) *Ms: emposchor.*

**) *My transcript has distrahar.*

***) *Compare above p. 118.*

†) *Published in 1569 by Henricus Stephanus.*

equidem ab hoc labore supersedere, quum alii pii et docti viri eandem sibi delegerint provinciam confutandi scilicet eosdem errores adversus orthodoxam fidei Christianae confessionem de aeterna Christi et Spiritus sancti divinitate, imprimis vero edito in lucem doctoris Zanchii, amici imprimis observandi, ejusdem argumenti locupletissimo ac pererudito commentario, in quo universum pane Joannis evangelium in hunc eundem finem excutitur diligentissimo, verum jam hoc quicquid est laboris erat a me paratum quum ille prodiret in lucem, imo, ni fallor, antequam typographia committeretur.

17.

[*Reinius Sultzero et Coctio. Francofurti 1573.*

Ex dedicatione expositioni capitis quarti evangelii Matthæi promissa.]

[*Fol. a 2:*] Piiis juxta ac doctis veris Simoni Sultzero et Huldrico Coctio, s. theologiae doctoribus, ecclesiae Basiliensis pastoribus pientissimis ac vigilantissimis atque academiae s. theologiae professoribus, amicis ac patribus suis unice colendis, Cassiodorus Reinius s. p. d.

.. quum primum solus Basileam veni, initurus rationem imprimendi Biblia nostra Hispanica, intellecta per vos adventus mei causa, dignissima quae piorum omnium et votis et conatibus promoveretur, eos vos continuo viros in ea promovenda praestitistis, in quibus, cum in inquirendo diligenter quae ego essem prelo commissurus, tum in senatu postea adeundo ac interpellando, ut revisa ac inspecta, quoad fieri potuit, per viros qui de Hispanice scriptis verum testimonium ferre possent, committi prelo in isthac urbe pateretur, quod ad officium Christiani pastoris pertineret, nihil desiderari, multum vero quo seclulitas ac diligentia vestra et insigne pietatis studium conspicerere quivis posset; et ut rebus meis privatis ac domesticis valde accisis etiam consuleretis, effecistis me academiae alumnum, ut citra ulla impensas integro civitatis jure frui possem. quo liceret, dum ipse prelo adessem, honesta uxoris meae diligentia victum nobis facilius comparare. Jam quanto me vinculo gratitudinis perpetuo devinxistis, quum me gravissimus ac plane letalis morbus Basileam cum uxore et familiola recenter ingressum corripuisset? quam assidue aderatis, relictis aut intermissis studiis vestris adhortando, consolando, precando, fidam Christi confessionem a moribundo expetendo, neque enim aliud aut medici aut vos aut amici aut demum ego ipse judicabam. Namque, ut ingenue fatear quod res est, in ea praesentis mortis certitudine, dum compos eram mei, haud me deterrebat mortis species quam iniquissimi saeculi malitiam abundanter expertus absentem et meo judicio trahentem moras desiderabam, praesentem jam laetissimo animo amplexabar. Peccatorum memoria, licet esset praesentissima, acuebat potius desiderium exuendi in totum veteres peccati exuvias et esse cum Christo quam aut conscientiae metum incenteret aut quoquo modo illius pacem turbaret, Christi sanguine per Dei spiritum in ea obsignatam, pro indubitato habenti nullum superesse judicium credenti in Christum. translato nempe a morte in vitam. Uxor et parvulorum liberorum memoria, quos idcirco tantum videbar comportasse Basileam ut procul ab amicis et notis inter ignotos soli ac me praesertim destituti novum exilium inchoarent, nonnihil maestitiae injiciebat, sed et illam facile ac cito excutiebam paternae Dei providentiae illos committens, qui et me ipsum primum et illos mecum postea inter tot discrimina et labores crebros paternam sane ipsius curam fecisset experiri. Illam ipsum erga relictos nequaquam intermissurum, indicium mihi certum erat Perozii mei domus, qui, ut de me fuit semper egregie benemeritus, ita etiam tunc caritate

ac pietate insigni, neque a me aut quovis alio, qui illius beneficentiam sit expertus, unquam satis laudata, me periculose decumbentem familiolanque meam in domum suam transfulerat, curabatque tum agrotos tum recte valentes humanissime. Hoc unum summo me afficiebat dolore, videlicet quod quum in vertendis Hispanico sermone sacris bibliis per integrum decennium laborassem atque in ea occupatione multum pertulisset tum invidiae tum etiam calumniarum ab iis quibus illa haud erat aequa grata atque mihi, adeo ut praevae haec molestia levissimus mihi fuerit ipse vertendi labor, quum jam pro foribus essemus typographiae ac fruges maturaessent ad messem et fructuum tanti laboris collectionem, relinquendi essent aliis labores mei quos ignorarem qua cura et sollicitudine absoluturi essent opus, quique etsi maxime futuri essent fidei ac diligentes, ut de Perezio non dubitabam, opus demum non erat per me absolvendum. Haec maestitia vel in tanta virium cum corporis tum animi debilitate excitabat tamen ardentes ad Deum preces ut mihi tantum adhuc vitae permitteret quantum ad sacrum illud opus ad gloriam nominis sui publicandum foret satis, decessuro postea ex vita cum integra animi letitia. Hanc meam sollicitudinem quum vobis indicassem, auctis tum publicis ecclesiae precibus tum privatis tanta contentione Deum interpellastis ut me demum vobis concederet et intra paucos dies periculi suspicione liberaret, redderet vero integram valetudinem haudquaquam ante tres menses. Itaque pro comperitissimo tunc habui habeoque adhuc, vitam mihi ac valetudinem pro absolvendis sacris bibliis e mortis faucibus erepto fuisse concessam, atque eam me secundum Deum debere primum vestris precibus, deinde summae Perezii in me curando diligentia et optimorum medicorum summae industriae, qui, ut erant etiam amicissimi, nihil sibi aut arti in me curando peperere. Neque minore studio ac diligentia me ac negotia mea tum consilio tum etiam opere quum opus fuit curastis postea per triennium, quo Basileae fuit, quam aegrotanti feceratis, ut sacras praedicationes vestras praeteream, utpote publicum ac vulgatum omnibus beneficium eruditione summa ac pietate plenas, quibus quam saepe [*Fol. a 3*] interfuerim, prout licebat per occupationes cum typographicas tum domesticas, utilissimas mihi fuisse fateor ingenue Quum quarto abhinc anno constituisset edere seorsim versionem novi testamenti Syriaci doctissimam et elaboratissimam doctoris Tremellii in gratiam vulgi studiosorum sacrarum literarum, ne ob pecuniae inopiam tanto praesidio ad novi testamenti aditum faciliorem fraudarentur eique adungere decrevissem cogitationes nonnullas meas in selectiora aliquot loca: quum ad quartum Matthaei caput ventum est . . . then he had been so absorbed by the subject, that this lucubratiuncula had grown too large for the frame of his annotations upon the New Testament.

18.

[*Cassiodori Reini
epistola duodecim ad Theodorum Zuingerum data*].

Theodore Zwinger was born at Basle 1533. His mother was a sister of Joh. Oporinus, the learned printer. He studied philosophy at Paris under Peter Ramus, and at Padua medicine. At Basle University he was professor of Greek, then of moral philosophy, lastly of medicine. He died 54 years of age. A biographical sketch by Felix Plater is inserted in the preface dated 1604 of Theodore Zwinger's Theatrum humanae vitae, edition of his son James Zwinger, Basileae (in folio). Compare our excerpts from Ramus here p. 213, and Reina's letter of 15 May 1569.

I.

Domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, compatri et amico suo unice colendo,
Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime domine compater. Dominus Perezius noster,*¹) intellecta in discessu meo mea indigentia, pro singulari sua pietate me viatico instruxit adeo liberali ut non modo ad itineris expensas, verum etiam ad debito nunc maxime urgenti satisfaciendum, in quod tuam illam pecuniam requisiveram, suffecturum sit. Reliqui itaque apud eundem tuos 30 florenos plane intactos ut tibi eos redderet, uti spero te jam accepisse, atque pro eisdem tibi non minus gratias ago quam si usus essem: quodsi quando indigere contingat, presentiore auxilio exclusus utar pia illa liberalitate tua, ea tamen lege ut prius experiar, mea omnia tibi vicissim communia existimare atque habere te. Hoc ut firmum ratum perpetuumque ex me tibi sit, hæc literæ mea exarata manu et sigillo obsignata publicarum vice tabularum esto. Vale plurimum, mi compater amatissime, cum honestissima uxore et universa familia. Argentorato 13 Julii 1570.

Tuus Cassiodorus Reinius.

II.

Clarissimis viris, domino Doctori Adampetro et domino Doctori Theodoro Zuingero,
dominis suis . . amicis unice colendis. Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Non miror tam diu literarum me nihil accepisse de negotio bibliothecæ Oporinianæ,**²) qui sciam haud facile inveniri tabellarium cui isthinc Francofurtum epistolæ tuto committi possint. Cæterum vehementer scire cupio, quid tandem in eo negotio vestra diligentia promoveritis. Ego certe eo consilio profectus Francoforto, ut, quid effectum esset quidve effici adhuc superesset, præsens viderem, Argentinam usque devectus sum, at veritus ne temporis angustia instantibus jam nundinis excluderem, hinc domum reverti constitui, per hæc literas vos admonens desiderii mei, oransque per communem amicitiam ut ejus me rei, quam primum dabitur, faciatis certiore. Quodsi nihil hactenus (ut equidem puto) est effectum, d. doctorem Adampetrum unice oratum volo ut rem promoveat urgeatque, adhibito etiam cum in consilio tum in opera parente optimo compatre meo, quem credo id beneficii pro sua erga me benevolentia minime denegatum ire. Postulabitur venire bibliothecam (prout a majore parte creditorum, quum postremum ipse Basileæ essem, decretum est) præconis voce, ut habeat qui ex creditoribus licitatione superaverit, vos vero ex me pro bala usque ad 17. 18. 19. 20 demum si minoris haberi non liceat, licitabimini, non amplius. Si vobis cesserit, dabitur opera ut per viros fidos bala

¹) See above p. 213 f.

²) Hieronymus Wolfius [at Augsburg, diel 1580] Theodoro Zuingero, 17 Oct. [1570?]: Etsi clarissime vir, domine et amice colende, invitatus facio ut te et philosophia nostra et Harpyis Oporinianis occupatissimum interpellem, tamen veniam ab humanitate tua mihi datum iri spero, qui sum de meis liberis, chartaceis illis quidem, et quavis simia deformioribus, sollicitus . . . Scire etiam cupio quemadmodum se Oporiniana negotia habeant? E bibliopolis nostratibus spe meliora audivi: hereditatem esse fl. 18000, æs alienum 12000, et ipse mihi abhinc triennium narrabat, sibi, dissoluto omni ære alieno, amplius 8000 fl. superfore. Copy in Basle Univ. libr. in the same volume.

numerentur bona fide tam ex compactis libris quam incompactis; deinde vasibus inclusi ad nos Francofurtum transmittantur. Quodsi debitum meum bibliothecæ pretium superabit, tantundem mihi adhuc debebunt creditores. Si superabimur, fidejubete obsecro pro me, et ego non deero quin ad redditum ex nundinis pecuniam qua superabimur transmittam per eum quem ipsi constitueritis. Ex acceptis libris nullum Basileæ vendi cupio: nam certiori commodo vendentur Francoforti: et quia certo scio me integram meam pecuniam ex distractis libris nequaquam recepturum, quum multi sint minime venales, nisi forte obolo, oportebit ex selectioribus vilium jacturam resarcire. Illud summopere cavendum est ne (ut in ejusmodi licitationibus evenire solet) confictorum licitatorum contentione decipiamini, qui cum viderint nos solutionem ex bibliotheca expetere, tamdiu licitabuntur ipsi ficta contentione quandiu viderint nos a se nolle superari. Si quid ejusmodi deprehenderit, præstabit opportune illis cedere quam pretio immodico libris potiri. Neque me pigebit multum si ejusmodi contentiosis præter illorum spem libros relinqueritis ante constitutum a me superius postremum pretium. Non arbitror prolixa mihi erga vos oratione opus esse ut molestiæ hujus veniam deprecet, aut negotium studiosius commendem, quos certo certius sciam summa erga me benevolentia esse propensos: neque ignoretis cum homine nequaquam legum amicitia ignaro aut acceptorum beneficiorum immemore vobis negotium esse. Valet in Christo, viri clarissimi et mihi amatissimi. Argentorati 9 Mart. 1574. Vester ex animo
Cass. Reinius.

III.

Clarissimo viro, d. Doctori Theodoro Zuingero, compatri et amico summo,
Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime compater. Nundinæ non successerunt ex voto, vix vendidi ex bibliotheca pro 60 florenis, partim quod nundinæ fuerint solito infrequentiores et bibliotheca nondum venerit in hominum notitiam, partim quod non satis mihi fuerit aut temporis aut loci ad eam eo ordine disponendam quo libri essent inventu faciliores. Itaque creditores orare constitui ut rejecta in insequentes nundinas utraque solutione mihi et fidejussori meo sint mitiores, et pro hac primæ solutionis mora fructum pecuniæ suæ a me accipiant quem ipsi constituerint. Ea de re libellum supplicem ad ipsos mitto, quem a Balbano accipies; oro, domine compater, ut, quum primum convenerint, eis legas, et officium quod soles præstes, negotio prius cum d. doctore Grinnæo et aliis bonis amicis communicato. Quod si nobis concesserint, bene erit, facientque mihi rem oppido quam gratissimam. Sin minus, ex pactis solvendum est, fateor. Cum Henrico Petri ne unum quidem verbum contuli de negotio Thalmudico, nam certiore ratione agere constituo, videlicet tentare prius ut et illius et aliorum amicorum opera recipiar in civem, et ut mihi etiam auxilio sint ut possim uno aut altero prelo typographicam exercere ad depellendam famem; hoc impetrato cætera, quum libuerit, exequi erit facere. Communicavi hoc meum consilium Episcopo (nihil de Thalmude), orans ut me vellet ad id juvare, aut, si e re sit, ut ad suam cum d. Grinnæo societatem admittat.*³) Pollicetur omnem amicam operam, consulit ut ad

³) Here and in the following letters to Zuinger, Reina means Eusebius Episcopus, born 1540, who died 1599, and Samuel Gryneus, son of Simon. In letter XII Samuel Gryneus is expressly called with his Christian name. Samuel, Dr. juris, married the widow of Nicolaus Episcopus who died 1565, a brother
Biblioth. Witten. II.

te scribam et ad d. Grinæum ea de re. Scribo igitur oroque ut communicato cum Grinæo consilio (de Thalmude ne verbum quidem) una deliberetis qui ego Basiliensis fiam; nam omnino constitui, si vobis ita videbitur, et facultas detur prelum unum erigendi, ad proximas nundinas Basileam commigrare. Epistolæ Guevaræ inveniri hîc non potuerunt, curabo ut Antuerpia adferantur. Narrabo tibi rem tristem, sed tibi fortassis ridiculam, ut es meorum infortuniorum malus irrisor. Momum meum amisi. Amisi, inquam, meum Momum, absque ulla recuperationis spe. Qua ratione, nescio, amisi tandem. Invidebat credo malus quispiam genius orbi tantam fortunam. Luge mecum, si amicus es, amissum Momum. Sed tu rides. Vale ergo, et ride felix. Commatri optimæ ex me et uxore et familiæ universæ multam salutem dices. Francoforti 24 Septembris 1574.

Tuus Cass. R.

De exemplo illo Sambucciano quod scribis, nunc memini. Habeo. Sed jam mecum considera an meum sit. Sambucus*) repetiit; accepit jam a creditoribus, ut intelligo, pro non invento 20 coronatos; ergo creditorum jam erat, non Sambuci, qui mihi illud postea etiam dinumeratis foliis vendiderunt, ego emerim. Hæc si tibi videntur justa, bona conscientia retinebo, neque indicabo tamen me habere; sin minus tibi probantur, restituam pro tuo arbitrio. Iterum vale, compater amantissime.

IV.

Clarissimo viro, d. Doctori Theodoro Zuingero, amico et compatri suavissimo,
Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Venerande compater, scire cupio primum, grassante ubique peste, quinam valeatis vos Basileæ. Deinde quid de meo debito creditores constituerint: repetierintne a meo fidejussore an conditione a me proposita fuerint contenti. Hisce de rebus ut me, per hunc qui has literas tibi reddet, certiozem facias, etiam atque etiam rogo. D. doctori Grinæo et Episcopo, amicis colendissimis, multam ex me salutem dicito. Eisdem etiam indicato, per me non stetisse hactenus quin lucubrations in Ciceronem et in Plinium, quemadmodum sum eis pollicitus, non receperint, quippe qui et collegerim omnes quotquot habeo et parvulo dolio inclusas ad adventum primæ navis Argenteratensis, cui commendem importandas, apud me asservo; expectatur autem navis singulis horis. Ego hîc imprimendum curavi librum theologicum magni, ut credo, momenti, Bibliothecam Sanctam F. Sixti Senensis, cui etiam ex meo addam Castigationes sub finem breves, quibus quæ ille tradit in controversiis religionis veluti antidoto apposito corrigantur. Liber sub prelo est, bonis ni fallor auspiciis. An de amisso Momo meo, quem alias unice curabam, risum ipse deposueris nescio, mærorem certe deponere ipse non possum. Vale,

of Eusebius. The father of these brothers Episcopius had died in 1564. Compare Rechnungsbuch der Froben & Episcopius, 1557—1564. Herausg. durch Rud. Wackernagel. Basel 1881. and Beiträge zur Basler Buchdruckergeschichte. Von Stockmeyer und Reber. Basel 1840. From Reina's words it appears that Samuel Gryneus was a partner in the typographical business of Eusebius Episcopius. In those Beiträge see also notices on the printer family Petri, whose members were Henry Petri, mentioned here, and Adam Petri mentioned in letter II; compare p. 20, 21, and p. 214.

*) The learned Hungarian who died in 1584—?

compater suavissime atque exoptatissime, cum domina uxore commatre nostra et universa familia, quam officiose ex nobis salutabis una cum bono sene vicino et amicis omnibus. Francoforti 27 Octobris 1574. Tuus perpetuo Cass. Rein.

Rumores sunt haud omnino vani Aragoniæ et Cathalonæ regna non satis pacata esse propter Inquisitionis Sanctæ tyrannidem, quam exactam volunt; idem fertur de universa Sicilia. Si serio res agatur, ego ne Basiliensis quidem esse volo. Fertur etiam classes Turcicam et Christianam cruentissimo prælio conflixisse; utra vicerit, adhuc incertum; expectamus hodie Antuerpienses litteras, ex quibus rescire speramus veritatem etc.

V.

Clarissimo viro, domino Doctori Theodoro Zuingero, amico summo et compatri carissimo,
Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Suavissime compater. Facies mihi rem magnopere gratam si quanta potueris diligentia me instruxeris de controversia heredum Wessalii cum creditoribus Op[orini], item in quo nunc temporis statu sit ea controversia. Peto autem id a te tanquam amico fidissimo et cupidissimo utilitatis meæ propterea quod jam agitur de translatione juris illorum in me in eo negotio, quod et amici intercessores cuperent mea cum utilitate fieri. Itaque secretum tibi hac in parte primum ac vehementer commendo; deinde ut illud nos diligenter ac cito edoceas, ac præterea si quid habes quod e resit. Vale in Christo cum universa familia; nostra valet adhuc Dei beneficio et vobis omnibus lætam salutem cupit. Francofurti 23 Novembris 1574.

Tuus Cass. R.

Literas ad me tuas poteris d. Manfredo Bal[bani] commendare ut quam fieri potest cito ac tuto ad me perveniant. Iterum vale.

VI.

Clarissimo viro, domino Doctori Theodoro Zuingero, amico summo et compatri carissimo,
Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime domine compater. Cum hac epistola mitto ad te aliam ad d. doctorem Grinæum eamque apertam ut legere tibi liceat et si libuerit ridere stoliditatem meam. Sed, crede mihi, adeo gravabar per illos dies atque distendebam, ut ita dicam, curis multis et molestissimis ut vix essem mei compos. Bibliothecæ distractio non succedit ex voto atque adeo multum ab eo abest; solutiones sunt faciendæ neque unde fiant abunde suppetit. Oro te itaque ut apud d. Grinæum et Episcopium pro me qua soles efficaciam intercedas ne jacturis jam pæne obruto nova hæc quinquaginta ad minus florenorum addatur jactura. Libros habent selectissimos, quos etiam, ut illis servarem, e manibus multorum abstuli multo cum meo incommodo, quando aliis non tam parvo vendidissem; requiruntur diligenter ac studiose a multis neque grave illis est vel dimidium bationem pro folio numerare. Bationem pro folio numeravit

Perna*) pro nonnullis in Aristotelem et in Cicronem, qui meam in Ciceronianis pro d. Grinaeo et Episcopo conquirendis diligentiam effugerant in quodam fasciculo. Commendo ergo tibi hanc causam et ex tuo patrocinio, tum etiam ex Grinaei et Episcopii integritate spero fore ut mihi satisfiat. Bene vale, compater amantissime, cum honestissima uxore et universa familia. Francofurti 6 Aprilis 1575.

Tuus Cassiodorus.

Libenter gratificarer Canthero, viro probo et docto, sed poetam illum in meis jam non invenio.

VII.

Clarissimo viro, domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, compatri carissimo et amico summo, Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime domine compater. Cum dominis D. Grinaeo et Episcopo, qui vas meorum librorum se nondum aperuisse causabantur, ita conveni ut, aperto coram te vase et inspectis libris, una tecum statuatur de corrigendo meo errore atque adeo de integra solutione. Conventum erat inter me et Episcopium ut cruciferum pro folio essem accepturus, quando libri ut vides sunt selecti et majori ex parte impressionis peregrinae, et Perna pro nonnullis ejusmodi, qui duplicati erant, pro folio bationem solvit. Ratione deinde a me male subducta erratum fuit, qui viginti duobus florenis, quos ab Episcopo accepi, eam summam confici existimaverim. Error tamen in calculo pro jure arripi non debet, inter amicos praesertim, et ab iis inprimis quibus susceperis gratificari. Sed de eo conventum jam est inter nos, ut puto. Obsecro igitur, domine compater, ut efficias ut primo quoque tempore vas aperiatur, et quod pecuniae rependi mihi statueritis inter vos, commendetur Pellizariis ad ferias d. Joannis ut Argentorato ad me transmittant. Epistolae Hisp. Guevarae nondum sunt recusae, sed sub prelo adhuc. Vale in Christo, compater suavissime, cum uxore honestissima et familia universa, quam obsecro salutabis officiosissime ex me et meis. Francofurti 22 Aprilis 1576.

Tuus Cass. Reinius.

Domino Doctori Amerbachio**) multam ex me salutem ut dicas oro.

VIII.

Clarissimo viro, domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, amico summo et compatri observando, Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Diu est, compater amantissime, ex quo nihil literarum a me acceperis, videlicet quia, in quo tua pro amicitiae nostrae jure uterer opera, nihil fuit. Nunc ex d.

*) Pietro Perna from Lucca. Compare above, p. 214, and Itud. Wackernagel's edition of the Rechnungsbuch der Froben and Episcopus p. 101 f.

**) Basilius Amerbach, see letter X. Born 1531, died 1591. Compare Stockmeyer's and Reber's Beiträge. And Ramus, here p. 212—216.

Manfredo Balbani intelligo, chirographum meum octingentorum illorum florenorum, quos pro Oporiniana bibliotheca jam persolvi, habere apud creditores. Id et periculosum mihi, et iniquum illis merito censeo. Quare obsecro ut tua (uti alias soles) me hoc metu diligentia liberet, petito et recepto (meo et fidejussoris mei nomine) ab eis chirographo, quod discerpes aut igni trades. Bene vale, compater observantissime, cum commatre honestissima atque pientissima et familia universa, quam ex me et uxore officiosissime salutabis, et si quid fuerit, in quo velis meam erga te sedulitatem experiri, utere pro arbitrio. Francofurti 7 Aprilis 1577.

Perpetuo amoris vinculo tuus

Cassiodorus R.

IX.

Domino Doctori Theodoro Zuingero, compatri carissimo et amico summo, Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime domine compater. Quod attinet perfectionem meam in Poloniam, res adhuc sub deliberatione est. Neque enim tam difficilem et multis nominibus laboriosam provinciam tenere suscipiendam arbitror, in hac praesertim aetate, quantumvis conditio sit amplissima et valde honorifica. Ceterum, si Deus ita disposuerit, ut abeam, senties in illo tuo negotio haud frustra te meam coluisse amicitiam, atque de bono successu nihil dubito, cum sciam negotium tibi esse cum viro bono et qui multis scyphis aureis existimationem suam anteferat. Tu itaque ut bono quoque animo sis velim. Vale, compater amantissime, cum uxore honestissima et familia universa, quam et meo et uxoris meae nomine plurimum ut salutes oro. Francofurti 23 Septembris 1577.

Cassiodorus tuus.

Quantum me exercuerint seu potius torserint characteres illi scriptionis tuae, dici vix potest, adeo ut nisi abbatis Tritemii, qui de Polygraphia libr[os] edidit, non evocassem manes, Basileam ad te currendum esset, ut ipse interpretareris potius quam legeres. Vale rursus, et saepius ad me scribe, ut lectioni illi difficillimae assuescens postea legam facilius.

X.

Clarissimo viro, domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, amico suo et compatri carissimo, Basileæ.

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime compater. Qui has tibi reddet literas, juvenis est Anglus generosus et in bonis literis non mediocriter (ut mihi quidem videtur) institutus. In quibus persequendis juventutem, periculosam alioqui aetatis partem, impendere constituit. Ejus rei gratia contendit in Italiam, et oravit me ut, quibus in eo itinere nossem viris doctis se commendarem. Dignum arbitror ob egregium virtutis specimen, quod praese fert, cum commendatione mea, tum honorum omnium virorum, in quos inciderit, amicitia. Tu vero, qui ejus Deae haud vulgaris es cultor, quam vicissim debeas humanitatem ejus cultoribus neque ignoras neque negligenter praestas. Excipies igitur

hunc et favore tuo prosequeris, et studio tuo et commendatione mea. Commendabis præterea illum domino D. Basilio Amerbachio, quem, puto, consulat de ratione studii juris, in quo operam aliquam ponendam censet. Vide quam sim in te imperiosus pro veteris amicitiae nostrae jure, cum ipse nihil unquam imperes, imo ne commendes quidem.

De mea profectioe in Poloniam nosse cupis? Quiesco. Idque non sine Dei providentia, ut semper aliàs, qui meas sortes in manu habens, et quidem valde commendatas, eas gubernat pro sua voluntate. Si illuc venissem, sensisses fructum commendationis tuae cum D. Firleio*) in illo negotio, de quo intelligo nondum tibi satisfactum. Vale, compater amantissime, cum uxore et familia universa, cui mea plurimam salutem dicit. D. Amerbachium quam officiosissime salutatum cupio et D. Samuelem Grinæum. Francofurti 1. Aprilis 1578.

Tuus Cassiodorus Reinius.

Ad D. Franciscum Bettum**) daturus sum literas si per negotia licuerit. Sin minus, has illi tecum communes velim. Et ut intelligat in liberatione filii dominae Claræ me hactenus fecisse quod in me fuit, neque frustra, spero enim intra paucos dies nos compotes voti futuros. Hæc D. Claræ aut per ipsum aut per se renuntiari cupio. Vale iterum et rescribe aliquando.

Nobilis iste juvenis si forte, cum apud vos venerit, habuerit opus pecunia ad conficiendum iter Venetias usque, obsecro, domine compater, curabis illi ad viginti coronatos meo nomine, pro quibus, si ad me in tempore rescripseris, curabo tibi satisfieri ad nundinas Argentoratenses proximas, aut ad nostrates, si magis libuerit, per Guarinum aut Episcopium.

XI.

Clarissimo viro, domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, compatri amantissimo et amico summo,

Gratiam et pacem per Christum.

Carissime domine compater. Hermannus, qui has literas reddet, apud nos per aliquot annos fuit, nunc vero melioris conditionis desiderio cum uxore et prole una ad vos migrat, ab Episcopio, ni fallor, conductus ad operas typographicas. Est pro sua conditione doctus, probus et pius, præ nimia quoque simplicitate hominum fraudibus valde expositus, denique dignus auxilio et ope vestra. Arbitror, quicquid in illum beneficii posueritis, Christo ipsi fore impensum, cujus nomine mihi valde commendatum illum rursus vobis commendo. Pollicitus illi sum de vobis, quam ipse sæpius sim expertus, omnem humanitatem. Ipsi videte ut cum fidem meam, tum vestram existimationem liberetis, quod, vel me nihil pollicente, facturos vos esse non dubito. Hæc ad te primum, compater suavissime, deinde ad dominos Doctores Amerbachium et Grynæum, veteri observantia mihi colendissimos, ut dum deterioris fortunæ injuria nos hic amittit, isthic appulsus patronos et amicos non amisisse, sed una cum fortuna ipsa se in melius commutasse deprehendat. Eos

*) The Public library at Basle has a copy of a letter to Theod. Zuinger, written by Nicolaus Firleij in Dambrowicza Castellanus Visliciensis, dated 11 Maii 1576. See the article Firleij in Ersch and Gruber's Encyclopaedia.

**) Compare above p. 213.

obsecro salutabis meo nomine amantissime, quibus et has literas per te communes esse cupio. Salutabis item quam officiosissime ex me et uxore mea et universa familia uxorem tuam, commatrem nostram, quibus omnibus omnem in Christo felicitatem precamur. Vale, compater amantissime, et de nobili illo juvene Anglo, quem tibi nuper commendavi, rescribe cum primum potueris. Francofurti 13 Aprilis 1578.

Tuus Cassiodorus Reinius.

XII.

Clarissimo viro, domino Theodoro Zuingero, Doctori Medico, compatri carissimo et amico summo,

Gratiam et pacem per Christum.

Clarissime atque observande domine compater. Accepi literas tuas 18 Novembris Basilea datas quas præ desiderio tuo profecto exosculatus sum. Gratularis mihi; de mutato vitæ genere habeo gratiam, sed de otio et quiete in hac præsertim ætate post tot labores et vitæ difficultates ut gratulari posses magis vellem. Nunc vero cum in eis verser negotiis, quæ et afflictionis et fellis etiam multum secum ferant et infractas jam dudum vires superent, juvari velim potius piis tuis votis et precibus. De afflicta atque adeo periculose intercepta valetudine optimi pastoris vestri D. Sultzeri*) vehementer doleo. Precandus est Deus ut de bono et æque fido successore ecclesiae vestrae prospiciat. Si adhuc est in vivis, ut metuo non fore, oro ut illum ex me officiosissime salutes, cui ex animo precor felicem ex hoc miseriarum lacu exitum, in Domino videlicet et in caelestem patriam migrationem ad eum qui nos expectat. De negotio Oporiniano scripsi ad d. Manfredum Balb[ani] quod mihi factu opus esse videtur. Dolco in vestra republica, cui ego ob hospitium et accepta beneficia bene cupio, iniquitati ejusmodi aliquem locum esse, quæ aucta in dies similibus occasionibus attractura demum sit publicas calamitates. In bonis ab Oporino relictis et in debitis erat satis (ut intellexi) unde creditoribus civibus ex integro potuisset satisfieri, nisi vafri creditores, qui et simul debitores essent, solutiones impedivissent suis artibus, et curatores fidi scilicet ita rem curassent ut major pecuniæ pars in eorum unguibus hæserit, jactura universa recidat in simplices et innocuos, vidente interea et connivente M. et prædam, quousque ad satietatem sese expleverint, harpyis permittente. Ego vero, quia et officii et existimationis esse puto, interposita præsertim mea fide, injuriam potius ferre quam detractari solutionem, non detrecto. Ego una cum uxore et familia universa felicitatis vestrae cupidissimi te cum honestissima ac pientissima uxore tua et liberis amantissime salutamus. Salutes vero reddes duplicatas amicissimis ac dominis meis DD. Amerbachio et Coctio. Salutabis vero DD. Grinæum Samuelem, d. Bettum cui vehementer gratulor secundam prolem. Bene vale, compater suavissime et venerande, et tuis literis, licet tam male scriptis ut ad eas legendas evocandus mihi fuerit abbas Trittemius, me frequentius quam facis exhilara. Antuerpia 17 Januarii 1581.

Tuus ex animo

Cassiodorus Rein.

Si de statu harum regionum quæras, Fertur equis auriga etc. Avertat Deus pro sua clementia quæ impendunt, neque ulla alia ratione averti poterunt.

*) Simon Sulzer, died 1585. Compare p. 177 and 213.